



Universitätsbibliothek Paderborn

De Ervditione Religiosorvm

Humbertus <de Romanis>

Ingolstadii, 1591

VD16 H 5888

2. Quod multa sint redditum ad seculum disuadentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50980](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-50980)

Matth. 7.
Eccl. 25.

Hier. 42.

Proverb. 6.

Ioan. 11.

Matth. 27.

à me qui operamini iniquitatem. Discedite à me maledicti in igne æternum. Discensus iste à Deo multum prouocat eius indignationem : cùm miser vermiculus Dominū maiestatis sine culpa eius dimittit. Solent magni Domini seruitores suos aliquando dimittere: sed Dei benignitas seruientes sibi non dimittit , nisi eum dimittant. Augustin. Nemo te amittit , nisi qui te dimittit. Magnitudo diuinæ indignationis aliquando ex hoc apparet , quod Deus permittit apostatas in tanta miseria esse in hoc sæculo. Conflabitur indignatio mea super vos , cùm ingressi fueritis Ægyptum. Apostatae sunt arbores in fructuosis mortuæ. In canonica Iudæ : Mundo moritur cùm de sæculo egreditur : Deo moritur, cùm ad sæculum reuertitur. Fructum seu vtilitatem vitæ qua mundo viuitur , amisit in monasterij ingressu : vtilitatē vitæ qua viuitur Deo,in egressu: & sic factus est homo inutilis. Iuxta illud: Homo apostata,vir inutilis.

*Quod multa sunt redditum ad sæculum
dissuadentia.*

CAPVT II.

Religiosus cui tentator suadet vt ad sæculum redeat , ista ad sui stabilimentum attendere debet. Saluator Lazarum ad vitam sæculi reuersurum plorat. Qui non plorauit moritum, plorauit ad sæculum reuersurum. Magis expediret aliquibus mori,quam ad sæculum reuerti, quia iuxta verbum Senecæ: Maius est periculum malè viuendi,quam citò moriendi. Item Saluator Iudæis suadéribus, vt de cruce descenderebet,

deret, nullatenus acquieuit: neque motus pieta-
te matris, cuius animam gladius passionis per-
transibat: neque promissione Iudeorum qui di-
cebant, se in eum credere, si descenderet de cru-
ce. Saluator etiam postquam de mundo recessit,
licet aliquibus bonis ad confirmandam fidem
resurrectionis apparuerit: mundo tamen immi-
scere se noluit. Multum timendum est ei, qui ac-
quiescens Angelo magni consilij terrena dereli-
quit: derelicto eius consilio in consilium impio-
rum abire, & ad ea redire, quæ reliquit. *Despexi- Pro. i.*
stis omne consilium meum, &c. Ego quoque in
interitu vestro ridebo. Beatus vir qui non abiit Psal. i.
in consilium impiorum. Infelix verò qui abiit.
Item multum terrere debet illum qui pœnitet,
quod terrena pro cœlestibas reliquit, quod le-
gitur in vita B. Ioannis Euangeliæ de duobus
fratribus personis honoratis: qui audita eius
prædicatione, suas possessiones vendiderunt, &
pauperibus distribuerunt. Qui cùm quadam die
viderent seruos quos habuerunt, diuites, & in
habitu pretioso: se autem egentes, & in habitu
vili: contristati sunt de hoc quod fecerant. Quo
cognito, Ioannes virginis sylvestribus in aurum
commutatis, & lapidibus communibus mutatis
in lapides pretiosos, dixit: *Ite & redimite vobis*
terras quas vendidistis, quia cœlorum præmia
perdidistis. Et suscitans quandam iuuenem qui
mortuus efferebatur: fecit quod ipse illis fratri-
bus annunciat, quantam gloriam amiserant,
& quantam pœnā incurrerant. Columba com-
perto quod diluuium non cessasset, ad arcam
rediit. Cùm ergo diluuium peccatorum in sa-
cule *Gen. 8.*

cuno incessanter sit , non videtur esse columbae
cœlestis, illuc redire, sed potius corui infernalis.
Coruus ab arca emissus , non legitur ad arcam
fuisse reuersus. Quem spiritus Dei in claustris de-
sertum duxit , credere debet spiritu malignum
esse, qui redditum ad sæculum ei suadet : quia se-
cundum Bernardum: Spiritus sanctus qui addu-
xit , non reducit: cùm non sit in eo est & non:
Angelica admonitio est ad Loth facta : Noli re-
spicere post tergum tuum : nec stes in omni cir-
ca regione : sed in monte saluum te fac. Respi-
ciens autem vxoris post se , conuersa est in
statuam salis. Statua est corpus sine spiritu: simi-
litudinem habens hominis , non veritatem. Sic
respiciens ad ea quæ reliquit: similitudinem ha-
bet religiosi, non veritatem. Corpus habet in
claustro , cor in mundo. sic fit quædam statua:
Hoc exemplo vtitur Saluator, dicens: Memen-
tote vxoris Loth. Nemo mittens manum ad a-
ratrum , & aspiciens retro , aptus est regno Dei.
Filij Israel de manu Pharaonis liberati, pertran-
sito mari rubro non redeunt in Ægyptum : sed
de sua liberatione exultant , & laudent suum li-
beratorem. O quām fatuè egissent, si in Ægyptū
rediissent. Ne descendas in Ægyptum. Nolite
intrare in Ægyptum. Magi diuinitus edocti ad
Herodem non redierunt, Saluatoris hostem. Io-
seph etiam timuit redire ad locum vbi audituit
regnare Archelaum. Sic timendum est ei qui
propriam salutem desiderat, redire ad mundum:
vbi Satanus aduersarius salutis inter seruientes
ei regnat & habitat. Scio vbi habitas , vbi sedes
est Satanæ.

In serm. de
quadruplici
debito,

Gen. 19.

I. xc. 17.
Ibid. 9.

Exod. 15.

Gen. 26.
Hier. 42.

Matth. 2.

Apocal. 2.

De